Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Index Lectionvm In Academia Fridericiana ... Habendarum

WS 1774/1775 : Index Lectionvm Pvblice Et Privatim In Academia Fridericiana Qvae Buetzovivm Ornat, Per Semestre Hybernum A Termino Michaelis A. 1774. Ad Festum Paschatis 1775. Habendarum

Buetzovii: Typis Ioann. Gotth. Fritzii, 1774

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1785378449

Band (Zeitschrift) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

T.
594.22

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1785378449/phys_0001
DFG

J. 594. 23

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1785378449/phys_0002
DFG

INDEX
LECTIONVM
PVBLICE ET PRIVATIM
IN
ACADEMIA
FRIDERICIANA
QVAE BVETZOVIVM ORNAT,

PER SEMESTRE HYBERNUM A TERMINO MICHAELIS A. 1774. AD FESTUM PASCHATIS 1775.

HABENDARUM.

An. 1774/75.

MECKLENB. RITTER- U. LANDSCHAFT. BIBLIOTHEK D.

BVETZOVII
TYPIS IOANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. DVC. AVL. ET ACADEM. TYPOGR.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1785378449/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1785378449/phys_0004
DFG

LECTIONES THEOLOGORVM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th. P. P. O. & Conſiſt. Ducal. Conſil. continuabit Prælectiones, ſuperiori æſtate ab initio cœptas, nimirum HIST. ECCLES. N. T. ANTIQUIORIS, & THEOLOGIAE MORALIS. Præterea in PRÆLECTIONIBUS EXEGETICIS conſueto more perget.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Conſiſt. Duc. Conſ. & S. S. Theol. P. P. O. ſpe auxilii diuini fretus hoc ſemeſtri hiberno 1) *Theologiam Dogmaticam*, 2) *Antitheticam*, 3) *Paſtoralem* docebit, & 4) finita *epiſtolae ad Hebraeos* explicatione in *epiſtolam ad Galatas* commentabitur.

IVRISCONSVLTORVM.

ADOLPHUS FRIDERICUS REINHARD, D. Conſiſtor. Ducal. Conſiliar. & Jurium Profeſſor primarius,

1) Hora 10-11. antemerid. & 2-3. poſtmeridiana explicabit *Hellfeldii Jurisprudentiam forenſ. ſecundum ord. Pandectarum.*

2) Hora 11-12. antemerid. *Heineccii Elementa Juris Civil. ſecundum ord. Inſtitutionum.*

3) Hora 3-4. poſtmerid. docebit Jurisprudentiam Eccleſiaſticam ad ductum *Principior. Juris Canonici ſpeciatim eccleſiaſtici publici & privati, Georgii Ludovici Böhmeri.*

IO. MATTH. MARTINI, iurium Doctor & P. P. O. nec non Sereniſsimo Duci regnanti a Conſiliis Juſtitiae.

Peractis laboribus aeſtivis per hiemem ſequentem docebit

1) Hiſtoriam patriae

2) ius mecklenburgicum tum civile tum criminale

3) inſtitutiones iuris iuſtinianei

4) Scholas aperiet disputatorias.

Quae horae hisce deſtinatae ſint ex voluntate Commilitonum, indicabit ſuo tempore e tabula publica.

EOB. TOZIVS, Iur. Publ. Prof. O. & SERENISS. DVC. REGN. a Conſil. Iuſtit. Ius Publ. Imperii R. G. docebit ad filum *Inſtitutionum Pütterianarum*, hora e tabula publica ſignificanda.

IOANNES CHRISTIANUS QUISTORP, *P. P. O. & Sereniſſ. Duc. Regn. a Conſil. Juſtit.* ſemeſtri hiberno

1) *Ius Eccleſiaſticum Proteſtantium* docebit & quidem quoad generaliora Principia ſecundum filum libri ſui: *Principia Iurisprudentiae Eccleſiaſticae, maxime Proteſtantium,*

Roſto-

Roſtochii 1771, quoad Specialia autem potisſimum ad ductum *Compendii b. Kahlii.*

2) *Singularum Iurisprudentiae Partium naturam & optimam eas addiſcendi rationem* tradet, commentaturus ad *Excellentiſſ. Schottii* Entwurf einer Juriſtiſchen Encyclopädie und Methodologie, vel loco ejus denuo *Inſtitutiones Iuris Ciuilis ſecundum Heineccium* explicabit. Inſuper adhuc

3) In iis, quae ad *Proceſſum* tam *Ciuilem*, quam *Criminalem* pertinent, manuductionem offert.

MEDICORVM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Facultatis Medicæ Senior per inſtans ſemeſtre hibernum publicas deſtinabit Prælectiones Medicinae ſic dictae forenſi vel legali, ita ordinandæ, ut & non Medici, imprimis JCti habeant, qvod, data olim occaſione, eisdem uſui eſſe posſit. Pariter libenti animo deſcendet ad conditiones horum, qui in aliis artis ſalutaris partibus inſtituendi nomina ſua profitebuntur.

D. AUG. SCHAARSCHMIDT, *Med. P. P. O. & CONSILIAR. AULIC.*

Hor. X - XII. Anatomen in Cadaveribus humanis demonſtrabit.

Hor. II - III. Oſteologiam ſiccam, ſecundum tabulas ſuas, tractabit.

Aliis horis quamcunqve Medicinæ aut Chirurgiæ partem ſpecialem docere, quando deſiderabitur, paratus erit.

D. PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, P. P. O. Archiater & in Aula a Conſiliis. Publice Mercurii & Saturni diebus hora XI. ſelectioris & efficacioris Materiæ medicæ cir-

cumſpectos in medendo uſus, exponet. Privatim diebus reliquis Pathologiam, praeeunte Ludwigio, docebit. Illis quoque, qui in Praxi clinica privatisſime operas ejus deſiderabunt, lubenter inſerviet.

PHILOSOPHORVM.

ANG. IO. DAN. AEPINVS, Philoſ. P. P. O. & SERENISS. DUCI a Conſil. Aul. ob negotia clementisſime ſibi demandata abſens, hoc ſemeſtri laboribus academicis vacare adhuc impeditur, ad quos tamen, quamprimum fieri poterit, redibit.

M. WENCESLAUS IOHANNES GUSTAVUS KARSTEN, Matheſeos P. P. O. hora VIII - IX. Geometriam Elementarem explicabit ac hora III - IV. utramque Trigonometriam planam & ſphæricam docebit, commentaturus ad Tomum I. & II. libri ab ipſo editi cui titulus: *Lehrbegriff der geſammten Mathematick.* His lectionibus junget Mechanicam ſublimiorem, ſecundum præcepta in Tomo IV. ejusdem libri expoſita, hora IX - X. explicandam, & acroaſes Optico - Catoptrico - Dioptricas, duce Kæſtnero, *in den Anfangsgruenden der angewandten Mathematick.*

EOB. TOZIVS, Hiſt. Prof. P. O. Hora XI. res pace belloque in Imperio R. G. geſtas enarrabit ad filum Compendii Pütteriani: Grundriß der Staatsveränderungen des teutſchen Reichs.

Alia hora Auditoribus commoda pertractabit hiſtoriam Fœderati Belgii, Regnorum Daniae, Sueciae, Poloniae & Imperii Rusſici, ſecundum B. ACHENWALLII librum: Geſchichte der vornehmſten Europäiſchen Staaten im Grundriſſe.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, LL. OO. Prof. Publ. Ord. & Bibliothecae Praefectus,

h. IX. Tribus prioribus hebdomadis diebus, duce Danzio, linguae

linguae Hebraeae; tribus autem poſterioribus, Arabicae praecepta, praeeunte ven. *Hirt* iuncta praxi tradet.

- X. Curſorias in V. T. lectiones continuabit.
- XI. Introductionem ad antiquas Bibliorum translationes auſpicabitur.

Bibliotheca publica patet diebus Mercurii h. 2-3; Saturni h. 2-4.

IO. NIC. TETENS, *Phyſ. Pr. P. Ord.*
Phyſicas ſuas Praelectiones in cl. Erxleben Anfangsgruende der Naturlehre continuabit. *Metaphyſicam* docebit, commentaturus ad cel. *Federum.* Ad *Aeſthetices* quoque praecepta a *Batteux* & *Ramlero* tradita, exponenda ſeſe offert.

M. SAMUEL SIMON WITTE, J. N. & G. Prof. P. O. per inſtantem hiemem horis partim conſuetis, partim e tabula publica indicandis, *Jus naturae*, *Jus ſociale*, & *Philoſophiam moralem* duce *Darjeſio* explicabit; *Logicam* vero ad *Ferberi* compendium, Grundriß der Vernunftlehre inſcriptum, quod *Helmſtadii* hoc anno in lucem prodiit, docebit.

DOCTORVM PRIVATORVM.

D. NICOLAVS GEORGIVS BERNARDVS DE LOEWENSTERN, diuina fauente gratia PVBLICE *theoriam proceſſus ciuilis* aut *hermeneuticam iuris* alternis diebus explicabit. PRIUATIM autem, non ſolum hora X-XI. & II-III. praelectiones *pandectarum* ſemeſtres ad compendium B. Cancellarii BOEHMERI; vt & hora XI-XII. *iuris criminalis* ex formula Ill. MEISTERI ab initio capeſſet: ſed praeterea etiam hora VIII-IX. *proceſſum amborum archidicaſteriorum Imperii* duce perill. PüTTERO, aut loco illius doctrinam *de actionibus forenſibus* ad librum B. MENCKENII; hora IX-X. principia *iuris Germanici*

priua-

priuati hodierni, praeeunte Generoſiſſ. DE SELCHOW & hora III-IV. *ius feodale*, ſecundum principia perill. BOEHMERI interpretabitur. Illorum quoque deſideriis, qui *Inſtitutiones* a ſe tradi voluerunt, hoc dabit, vt, ſi modo numerus adſit commilitonum, ipſum libelli elementarii *authentici* textum, adhibito *ordine inſtitutionum* B. GEBAUERI voce ſua interpretetur.

IOANNES ERICUS BIESTER, I. D. tradet, ſi qui erunt, qui ipſius ope vti velint, *hiſtoriam iuris*, aut *vniuerſi* duce ill. SELCHOVIO in libro de hoc argumento germanice conſcripto; aut, ſi malint Commilitones, tantum *romani*, duce BACHIO. Porro enarrabit *hiſtoriam vniuerſam*, vti SCHLOEZERUS V.C. delineauit. Denique duobus horis hebdomadis praeleget, interpretabitur, grammatice ac critice explicabit *Sophoclis Aiacem* & *Ariſtophanis Plutum*, vt, qui graecae linguae operam dant, habeant in vtroque genere dramatis, quod inter praeſtantisſima antiquitatis monumenta reponitur. Horas lectionum habendarum e tabula publica renuntiabit.

* * *

Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt, magiſtros quoque habent artium eo pertinentium peritisſimos.

P. P. *Buetzouii* ante Terminum Michaelis A. MDCCLXXIV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1785378449/phys_0010
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1785378449/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1785378449/phys_0012
DFG

e; tribus autem poſterioribus, Arabicae
eunte ven. *Hirt* iuncta praxi tradet.

V. T. lectiones continuabit.

nem ad antiquas Bibliorum translationes

ublica patet diebus Mercurii h. 2-3;
h. 2-4.

ENS, *Phyſ. Pr. P. Ord.*
ctiones in cl. Erxleben Anfangsgruende der
it. *Metaphyſicam* docebit, commentatu-
Ad *Aeſthetices* quoque praecepta a *Bat-*
ita, exponenda ſeſe offert.

SIMON WITTE, J. N. & G. Prof. P. O.
m horis partim conſuetis, partim e tabula
us naturae, *Jus ſociale*, & *Philoſophiam*
ſio explicabit; *Logicam* vero ad *Ferberi*
driß der Vernunftlehre inſcriptum, quod
in lucem prodiit, docebit.

ORVM PRIVATORVM.

S GEORGIVS BERNARDVS DE LOE-
a fauente gratia PVBLICE *theoriam pro-*
meneuticam iuris alternis diebus explicabit.
non ſolum hora X-XI. & II-III. praelecti-
ſemeſtres ad compendium B. Cancellarii
hora XI-XII. *iuris criminalis* ex formula
tio capeſſet: ſed praeterea etiam hora VIII-
um archidicaſteriorum Imperii duce perill.
illius doctrinam *de actionibus forenſibus* ad
NII; hora IX-X. principia *iuris Germanici*
priua-